Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



1

INCIPIT LIB. I. CONFESSIONUM S. AUGUSTINI DE TRINITATE.

MAGNUS ES DNE. ET LAUDABILIS VALDE. magna uirtus tua. et sapientie tue non est numerus. Et laudare te uult homo aliqua portio creature tue. et homo circumferens mortalitatem suam. circumferens testimonium peccati sui. et testimonium quia superbis resistis. et tamen laudare te uult homo aliqua portio creature tue. Tu excitas ut laudare te delectet. quia fecisti nos ad te. et inquietum est cor nrm donec requiescat in te. Dam dne scire et intelligere utrum sit prius inuocare te an laudare te. et scire te prius sit an inuocare te. Sed quis te inuocabit nesciens te. Aliud enim pro alio potest inuocare nesciens. An poci inuocari ut sciaris. Quomodo autem inuocabit in quem non crediderunt. Aut quomodo credent sine prdicante. Et laudabit dnm qui requirunt eum. Quirentes enim inuenient eum. et inuenientes laudabit eum. Quiram te dne inuocans te. et inuocem te credens in te. Predicatus es enim nobis. Inuocat te dne fides mea quam dedisti mihi. quam inspirasti mihi per humanitatem filii tui. per ministerium prdicatoris tui. Et quomodo inuocabo dnm meum et dnm meum. Quo utique in me ipso eum inuocabo cum inuocabo eum. Et quis locus est in me quo ueniat in me ds ms. quo ueniat ds in me ds qui fecit celum et terram. Sunt ne dne ds ms est quicquam in me. qd capiat te. An u celum et terra que fecisti et in quibus me fecisti capiunt te. An quia sine te non erit quicquid est. fit ut quicquid est capiat te. Quo igitur et ego sum qd peto ut ueniat in me. quoniam eem nisi ees in me. Non enim ego iam inferi. et tamen etiam ibi es. Nam et si descendero in infernum ad es. Non ergo eem ds ms nomnino eem nisi ees in me. An potius non essem nisi eem in te ex quo oma per quem oma in quo omnia.